THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

12. Jh.

Seite 40v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tare possit in manibus. nisi per sa-
cramentum sibi uniti hominis. Que
nimirum unitio tam mira est. ut
discerni nequeat. alioquin quod fu-
it ab initio uerbum quod modo rec-
te dicitur. hoc totum esse quod apostoli
audierant. quod uiderant. quod
manibus tractarant. nisi quia christus
unus idemque erat. Ac per hoc quod
uiderant. quod tractarant.
uerbum uite erat. et nichil aliud
ex duabus naturis quam unum
iuxta subsistentiam uel personam.
III q Hinc est quod unus idemque ma-
nens filius unigenitus indissepa-
ratus in utrisque naturis conspi-
citur. et que sunt utriusque substan-
tie naturaliter operabatur. secundum
uniuscuiusque insitam essentialem qua-
litatem. uel naturalem proprietatem.
que si naturam haberet singu-
larem et inconiunctam non ageret
utique. Hic autem emmanuhel deus
unus est. et in eo ipso utraque idem
deus et homo. que utriusque nature
sunt ueraciter gessit. secundum aliud
et aliud que gesta sunt operatus. Ergo
secundum quod deus idem ipse que diuina
sunt. secundum quod homo idem ipse
que humana sunt. se ipsum uolens
ostendere. quod deus idem ipse et homo
sit. et ideo idem per ipse tam que di-
uina sunt agit. quamque humana.
simul et loquitur. Et non alius
quidem miracula operatus est. alius
perpetrauit humana passionesque
sustinuit. sed unus idemque christus filius
dei atque filius hominis. qui et diui-
na gessit et humana. Siquidem
inseparabiliter atque indiuise com-
munes christus habuit actiones. sed
intellegende sunt ipsorum operum qua-
litates. Contemplandumque semper est
ad que proueatur humilitas car-
nis. et ad que inclinetur alti-
tudo diuinitatis. ita ut per omnem
textum euangelii uideatur. nichil
caro sine uerbo agere. neque uer-
bum sine carne quicquam efficere. Unde
Y Quod concipit et parit uirgo.
sicut non sine potentia uerbi est.
ita non sine ueritate carnis quod
nascitur. quod pannorum fasciis iacet
inuolutum. et in presepio reclinatur.
Porro quod stella duce a magis
adoratur. sic deitas est. ita hu-
manitas. quod in egyptum per fugam
ne capiatur abducitur. Sic itaque